



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**De Sacrificio Missæ Expedite Celebrando Libri III**

**Tamburini, Tommaso**

**Coloniæ Agrippinæ, 1661**

De eadem publica quoad non Toleratos, n. 5

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41878**

*De Sacerdote, ut persona publica, quoad  
non toleratos.*

**S** Dico Secunda non posse a Sacerdotem, ut publicam personam, hoc est, nomine Christi, vel Ecclesiæ, applicare Sacrificium pro excommunicatis vitandis, vel ut sic pro illis orare. Ratio est, quia Ecclesia id directe prohibet, dum per excommunicationem illos privas communionibus suffragijs, nec umquam intercepseravit, sicut tempore assenso mox dicemus, pro toleratis.

**S**ed quid, si quis non toleratus sit contritus, perque ipsum non sit, ut absoluatur, censendum est, eum, qui est Dei amicus, & per Caritatem ipsi Ecclesiæ unitus, tam graviter puniri! Non ita propter hanc rationem, putant Navarrus, Covarruvias aliquique, quos sequuntur,

*a Coninchibid.*

erit, & citant Fagundez, a & Marchinus, b Sed contrarium docent Sorus, Coninch, & Hurtadus, c quia adhuc est excommunicatus: cumque sic, ad terrorem aliorum, punire, quasi iuvita, constringitur pia Mater Ecclesia. Verumque probabile; hoc posterius probabilius.

7 Hinc infero peccare mortaliiter Sacerdotem, si securus facit, si que elemosynam, pro hoc, recipiat: quia in re gravi, & contra tam gravem prohibitionem operaretur communicando in Sacris cum excommunicato non tolerato. Insuper tecum operetur ad restitutionem stipis acceptarum, quia nullum spiritualem frumentum ex opere operato, id est, proximientem ex parte Christi, & Ecclesiae) qui est fructus, quem maximè fideles, per stipem, requirunt;

illis

a Fagundi. Eccl. pracep. lib. 3. c. 12. qn. 6. b March. de ord. tr. 3 p 2 cap. 8. n. 6. c Hurtad. d. 3 de exo. dis. 5. qui citatio apud eum,

illis conferre potest. Vide infra lib. 3.  
c. 1. §. 9. num. 5.

*De Sacerdote, ut persona publica  
quoad Toleratos.*

8 Dico tertio, pro Toleratis  
an possit Sacerdos ut per-  
sona publica orare, ipsisque Mis-  
sam applicare, esse vulgarem qua-  
stionem. Negat Suarez, Vazquez,  
alijque, quos citat, sequiturque  
Bonacina, a & Marchinus, b Con-  
cedit Coninch, Henriquez, § a, Na-  
varrus, alijque apud eundem Bo-  
nacinam, quibus adde Hurtadum,  
c & Delugo. d Hi concedunt, quia  
Concilium Constantiense, in Ex-  
trave Ad vitanda universaliter  
permittit in quibuscumque di-  
vis, vel extra, cum excommunicata-

a Bonae de excomm. disp. 2. q. 2. p.  
x. §. 1. num. 3.

b March de ord. ir 3. p. 2. c. 8 à num.  
18 c Hurt. de exc. d. 3. diff 3.

d Delug. d. 9. de Euch. jec. 10. n. 187.